
Theses utriusque juris.

Numéro d'inventaire : 1980.00012.36

Auteur(s) : Georges François Sarazin
Quillau

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Paris)

Imprimeur : Veuve Ballard

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1772

Description : Une feuille, découpée dans une affiche plus grande, de sorte que l'estampe est manquante. Le papier est bruni. Le texte est placé dans un cadre ornemental. Au verso, la trace d'un ancien collage.

Mesures : hauteur : 375 mm ; largeur : 485 mm

Notes : Affiche annonçant les thèses de droit civil et de droit canon que doit défendre, pour l'obtention de la licence, Georges Sarazin, le mercredi 12 août 1772, à Paris. Les articles de droit civil traitent de la gestion des affaires. Les articles de droit canon portent sur la légitimité des enfants.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

ill.

FILIOS, QUAE DEI
SUNT, EDOCENTI.

THESES UTRIVSQUE JURIS
EX MATERIA SORTITO DUCTA.
CANONICI CIVILIS.

Ex Cap. Per latum S. Extrà. Qui filii sunt legitimi.

FILII dicuntur legitimi qui ex matrimonio secundum leges & canones contracto nati sunt.

CÆTERI quos natura legibus soluta edidit appellantur spurii & illegitimi.

SI tamen ex injusto matrimonio, sed publicè & Ecclesiæ autoritate contracto, nati fuerint liberi, erunt legitimi.

PARENTUM quoque bonam fidem liberis ita prodesse voluit canonem benignitas, ut propter eam solam status liberorum confirmetur.

NEC utriusque parentis bonam fidem requiri obtinuit, sed unius duntaxat bonam fidem sufficere satis visum est.

LEGITIMANTUR autem naturales per subsequens matrimonium, vel per rescriptum principis.

FIT legitimatio per subsequens matrimonium, si parentum, ex quibus ortum ducunt liberi, nuptiæ secutæ sint.

SED ita demum procedere potest hic legitimandi modus, si ex soluto & soluta nati sint liberi.

LEGITIMIS æquiparantur per subsequens matrimonium legitimati, & ad ordines & ad Ecclesiastica ministeria provocantur.

Has Theses ex utroque Jure, Deo duce, auspice Deiparâ & præside C.I.V.D. PHILIPPO LALOURCEY, J.U.D. Antecessore & Syndico, tueri conabitur GEORGIUS FRANCISCUS SARAZIN, Parisinus, Baccalaureus, die Mercurii 12 Augusti, anno Dom. 1772. à decimâ ad primam.

Aderunt cum jure suffragii sorte ducti Clar. D.P. Sauvage, Deferriere, Haroin, Vasselin, De Latre.

PARISIIS,

IN ANTIQVO JURIS AUDITORIO.
PRO LICENTIATU.

Agud Viduam BALLARD, Consultissimæ Facultatis Typographum, viâ Mathurinenisium.

Ex Lege Cum tutores 1. Cod. De Negotiis Gestis.

NEGOTORUM gestio quasi contractus est, quo qui alterius negotia sine mandato gestit, ei obligatur, eumque vicissim sibi obligat.

EX negotiorum gestione nascitur actio negotiorum gestorum duplex, directa & contraria.

DIRECTA datur Domino negotiorum adversus eum qui gestit, ut hic reddat administrationis suæ rationem.

IN hanc actionem veniunt interdum dolus, & lata culpa tantum, sæpè etiam levis & levissima.

CONTRARIA negotiorum gestorum actio gestori datur adversus Dominum, ut sumptus servet, & præstetur indemnis.

UT huic actioni locus sit, oportet sumptus utiliter factos fuisse, aliâ negotia gesta non intelliguntur.

NECESSE tamen non est, ut duret adhuc negotii utilitas, sufficit si ab initio extiterit.

HUJUS actionis introducendæ causa fuit absentium utilitas, ne deferrentur eorum negotia.

SUMPTUS pietatis aut affectionis domesticæ causâ facti, contrariam negotiorum gestorum actionem, non admittunt.